In tegum. ant. legitur manu saec. XVI. scriptum:

"Reverendo domino Leonhardo Griff, beneficiato divi Stephani Viennae
In perpetuae amicitiae vinculum Frater Michael Kraüss, Canonicus regul.
ad s. Dorotheam dono dedit Anno c. salutis 1573."

Folia principalia et quidem nonnulla calendarii desunt.

f. $1^a$ – $5^b$ calendarium. f. $7^b$ et f. $490^b$ vacant scriptura.

f. $8^a$ – f. $16^b$ tabulae, tabellae etc.

**8.** Codex membranaceus saec. XIII. Folior. 106. 4° Fol. $1^a$ – f. $101^a$ I. manu, f. $101^b$ – f. $102^a$ II. et f. $102^b$ – f. $106^a$ III. manu puto exarata. Scriptura elegans nonnullis locis rasa et plurimis acore corrupta. Ligat. recens. Cat. Num.: III. C. 6. 4. 1656. Continet codex 87 sermones pro dom. et festis totius anni.

Fol. a cap. continet probationes pennae manu saec. XV.

f. $106^b$ vacat. In f. $106^a$ habes probationes pennae v. g.: "Ave maria gratia plena."

Rubricae (c. r.) sermonum in festis (exceptis scil. dominicis) sunt sequentes: f. $1^a$ "In Epiphania", f. $5^a$ "In purificatione", f. $7^b$ "In annunciacione s. marie", f. $18^b$ "In passione domini", f. $21^a$ "De fletu Christi", f. $24^a$ "De confessione", f. $27^b$ "In cena domini", f. $29^b$ "De apostolis", f. $30^a$ "De decem praeceptis", f. $34^a$ "In paraszaue", f. $36^a$ "In pascha", f. $39^b$ "Sermo quando volueris", f. $44^b$ "In diebus rogationum", f. $45^b$ "In ascensione", f. $47^b$ "De s. cruce", f. $50^a$ "De pentec." f. $53^b$ "In letania maiori", f. $54^b$ "De s. trinitate", f. $71^b$ "De Apostolis", f. $93^b$ "Sermo in palmis", f. $97^a$ De Maria Magdalena, (rubrica deest.) f. $98^b$ "Sermo de quolibet sancto sive sit martyr sive confessor", f. $100^b$ "De invencione s. crucis", f. $101^b$ "De apostolis sermo", f. $102^b$ "Sermo bonus de collacione s. Johannis babtiste", f. $103^b$ "Sermo de s. laurencio". (Trium serm. ommissae sunt rubricae, quia legi non possunt.) Primus sermo inc.: "Beatus lucas refert, quod octava die" etc.

Ultimus inc.: "Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus qui in celis est.... Diversis modis homines sunt vivunt deo" etc. Desin.: "ut obtineat nobis suis precibus ut ita feliciter vivamus, quod participes fiamus eiusdem glorie Quod ipse prestare dignetur qui v. etc."